

nimitate, iusticia, temperancia. Succedunt Salomon, Ambrosius, Jeronimus, Augustinus, Johannes Chrysoft. Isidorus, e quo multae notiones rerum naturalium, uti et e Solino, qui tamen interceptus est a praecedentibus fol. 58. Commercio illo subpositio epistolari Senecae et Pauli, quod post alios habes in Fabricii Cod. Apocr. N. T. P. II. p. 892. ubi noto, Epistolam ultimam perperam praefere numerum XIII. pro XIV. cui mendo filius Cl. Vir in Biblioth. sua Eccl. p. 66. n. r.) scripsit Epistolas tantum extare numero tredecim. In Solino, quem dixi, abrumptur praeclara haec Ἀπολογία, in qua fortasse non deerunt, quae ad perficiendum praecipue Isidori et Solini textum conferre possint.

Adligatum est Codici 1) folium chartac. Sec. XIV. inscriptum: *Qualiter accedendum sit ad dominici corporis et sanguinis mirabile Sacramentum. Cap. XL. et incipiens: Confessiones autem dari diligenter precipimus maxime de commotionibus animi antequam ad missam eatur, ne forte quis accedat indignus ad altare &c.* Finit nervosa adhortatio e synodalibus quibusdam Canonibus, aut Capitulis evulsa: *Quidquid dixeris pecuniarum vertitur causa* — —. 2) adhaerent membranae tres Sec. XIII. inscriptae: *Excepta de primo libro senece de beneficijs.* Pervadunt etiam Libros reliquos.

CCCCXVII.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3340 XIV. Folior. nunc 167. 24. priori parte crassiuscule, posteriori tenuiter, utrobique nitide exaratus, et coloribus illustratus continet I. *Anselmi* Archiep. *Cantuar.* Dialogum II. *Libris* distinctum, et inscriptum: *Cur Deus Homo.* Multatus est in hoc Exemplo Capitibus VI. primis et dimidio ita, ut nunc fit initium a verbis: *sapientia sua, qua etiam mala bene ordinat, permittente &c.* Librum II. praeit Elenchus Capitem, qualis etiam fuerit ante I. et hic Elenchus in Edit. *Gerberonii Paris. 1721. f.* titulorum vicem agit. Textus cum hac editione collatus mendis non caret.

II. fol. 87. *Incipit prologus in librum de documentis antiquorum editus a fratre Bartolomeo de pisis ordinis predicatorum.* Dicam plura de hac Compilatione inferius, ubi Versionem ejus *Italicam* adferam. Hic duobus praemunitur *Indicibus*, primo alphabetico, altero materiei juxta XL. *Distinctiones* procedente. Prologus infit: *Sapientiam sanctorum exquiret sapiens. Eccli 39. 1. Quoniam, ut ait Cassiodorus, humamus sensus &c.* Opus vero ipsum: *De corporis pulcritudine C. I. Corporalis itaque pulcritudo uana utique est. Prouerb. ult. Fallax gratia et uana est pulcritudo.* In hunc sensum adfertur deinceps *Hieronymus, Gregorius, L. I. Reg. c. 16. Seneca, Boethius, Juvenalis, Ovidius, Secundus Philof. Petronius, eademque ratione*

C. 2. de Fortitudine, C. 3. De Sanitate &c. Antiquorum Sententiae glomerantur, quod utique multae lectionis *Bartholomaeum* fuisse demonstrat. Erat is patria *Pisanus*, dictus a *S. Concordio*, defunctus a. 1347. ut pluribus T. I. *Scriptor. Ord. Praed.* p. 623. Latine prodiit hic ejus *Libellus Tarvisi* 1601. 8. prolusitque multis ejusmodi Florilegiis.

CCCCXVIII.

R. 2050 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. nunc 72. 4. min. non una manu, partim lineis longis, partim per duas columnas exara-

Sed nichil (nil) proficiens ad propria sic repedavit.

Mille trecentenis superaddas bis quater illis (1308)

Frater gentilis minor ordine, doctor honore

Presulis a latere clementis mittitur ille.

Adde nouem super M. tria CCC. sic karulus iste (1309)

Per dictum dominum meruit portare coronam,

Quam tamen ipse sibi nouiter factam benedixit.

Annis predictis domini superadditur vnus, (1310)

Rite coronatur regis dyademate sancti.

Mille trecentenis I debes ponere denis, (1311)

Gentilis regno dominus discessit ab isto.

Hungarica sunt haec, in quae paullum commentemur. Dolendum praecedentia excidisse; interim v. 1. *Ottonem Bavarum* spe regni frustratum designari, nullus dubito. *Gentilis de Monte Floris Pincenas Clementis V.* Legatus Cardinalis tituli *S. Martini in Montibus*, seu, ut alii, *Equitii*, vel *SS. Silvestri et Martini* est, anno uno post praeclaram operam in pacanda *Hungaria* collatam, nempe

tus, nec per totum minio distinctus, et olim *Domus Porte beate Marie virginis in Axpach ord. Carthusien.* varia continet, quae explicabimus. I. membranis 4. Fragmentum *Elucidarii* olim *Anselmo Cant.* tributis, sed a *Gerberonio* in *Edit. Opp. Paris.* 1721. merito inter Subposita p. 457. relegati, ejus *Censuram* praeviam, si lubet, consule. Pertingit a *Cap. V. Que fuit causa ut crearetur mundus &c.* usque ad *Cap. XIX. verba: Contigit aliquid miri eo nascente?* non absque lectionis differentia.

II. fol. V. manu luculenta Sec. XIV. inferti sunt sequentes Versus:

1312. *Avenione* extinctus. *Carolus Caroli Martelli* filium puta, dictum etiam *Carolus Robertum*, quin *Charobertum* et *Rimbertum*. Hunc re ipsa nova primum Corona incinctum fuisse docent vetusti hi Versus nostri, donec sacra illa *D. Stephani a Ladislao Transilvaniae* Vaivoda restitueretur, licet e Decreto ab Legato Cardinali *Budae* 1309. 8. *Id. Maji* publicato, et ab amicissimo mihi *Prayo P.*